

Nobilissime . D. Lütichem.

Hac ipsa vespere, D. Professor A. Heereboordius per Epistoliam, Henricum nostrum, (qui ante octiduum Amstelredamum est profectus) certiore facere voluit, de vacatione Receptoratus scholae Bredanae, quam quidem conditionem satis lautam deprecatur ex ore D. Profess. Borrij:  
 In quo negotio, quid & quantum tua possit prestare Nobilitas, me non latet; Quare ego ipsius nomine, Nobilit. tua imploro opem & operam, obnixè rogitans ut Divioni tuo, qui affectus tui in se patrum multa narrat, & grato animo commemorat Specimina, nunc bene favas;  
 Si quid per juvenilem temeritatem forte commiserit, & vel veram suam vel suarum minus sat-egerit, suppliciter precor, ignoscat ipsi. Apud nos certe modestam, piam, sobriam & studiosam vivit vitam, verbo dicam; Pro filio suo, apud Nobilit. tuam intercedit, Pater, Pastor ferme quinquaginta & septem annorum, senex Hydropicus, & morti quasi venditus. Ignosce, Ignosce, propter Christum, qui assidue apud Patrem pro nobis intercedit, & remissionem peccatorum, Anxietatem & vitam aeternam impetrat.  
 Si Nobilitas tua, aliquo responsiolo me dignabitur, non ponam hoc ipsum in summo felicitatis meae culmine, & angelanti semper, bene qui advocentur Spiritus:

Valde, Nobilit. D. & civitatem nostram boni consule.  
 Dabam Almeria. id. Jan. 1698.

Tuo. Nobilit. humil. clientis  
 Martinus. Divino Eccles. Almeriensis.





De Hoest. Ed. Heere. Heere.

Min Heere.

Constantin. Huygens  
Ridder. Heere van Zui-  
ghm. & a.  
vroude in poole

An.

S' Gravinsage.

port.